



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**In Titi Livii Patavini, Historiarvm Ab Vrbe Condita Libros,
Qvi quidem exstant, omnes, Observationes**

Godelevaeus, Wilhelm

Francofurti, 1609

In Librvm V. Annotationes Ex Variis Doctorvm Monvmentis excerptæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69254](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69254)

uit, liberaque & a liberato emittit: de Manlio loquens, ut id Budeus lib. 5, de aste annotauit. Fuit autem hic ordo rei nummaria, vi primum Romani, Argentum re gratia ad eis, non numeri rudi & informi vii fiat, postea aste signato quod fut^t quando f^f sub sexto detum rege. Deinde argento signato anno vbiis 48, telle flimo, gnatum, lib. 3, his verbis: Argentum signatum est anno vbiis quingentesimo octoginta quinto. Q^u Fabio confule, quinque anni ante primum bellum Punicum, & placuit denarius pro decem libris, quinarius vero quinque, sestertius pro duopondo.

IN LIBRVM V. ANNOTA TIONES EX VARIIS DO CTORVM MONUMENTIS excerpta.

Donum inimicorum vereno illatum.] Alludere videtur ad vetus prouerbium, Hostium munera, non muneta. De quo vide Erasmus in comedem.

Sub pelli- Sub pelli bus durare.] Id eo dicitur, quoniam militum tentoria pelliibus obtegerentur. Vnde & sub pelliibus esse dicebantur, Linus lib. 37. Aut sub pelliibus milites habendos fore. Huc spectat Cellus de suppeditate leg. 12, si lo-

quens. Labeo (inquit) originem fasce suppeditatis purat, quod olim iis qui in legione proficerentur, locari soletent, quia sub pelliibus vii forent, Cellus lib. 27. c. 14, lect. antiqu.

Hostimē- Nec opera sine emolumento.] Conuenit hanc sententiam cum prouerbio illatum. Hostimentum est opera pro pecunia. Quia ad monet, nihil gratuitum est debet, sed officium beneficio pensandum. Hostimentum astem, auctore falso Pompeio, beneficii penitus est à prisca verbo hostie, & redoluit, quod ait patia referre.

Aues a- Sicut astius aues.] Astius aues Linio sunt, quas videmus & state, hyeme non fidemus, cum vel lacant, vel autumnu hinc auolent, in diuersis plaga, Torni- fias. neb. li. 24, aduers. cap. 33.

Fusarium quid Fustuarium meretur.] Fustuarium quidam fusigationem interpretantur, et annotat Cellus lib. 10. c. 14, lect. antiqu. Polybius auctor est in l. de trib. polit. Duo in primis suppliciorum genera fusile in militiæ disciplina, decimatione, id est, glauvar & fustuarium. Modestinus quoque ireconsultus inter poenitentia fustuum castigationem recenseret.

Vimna. Vimna non tantum iam inveniuntur] Vnde machina militares, que enim modi sunt, & quomodo parentur, docet Flavius Vegetius li. 4. cap. 15, de re militari.

Census e- Quibus census equester erat.] Fuit autem equestris census senatorio minor, numerum sestertiorum quadrangenterum millium. Quadrangenta vero militiae, quibus esse censos, ante initium belli ciuilis, Suetonius de Cesare ad Rubiconem exercitum loquente testis est. Idem quoque Augusto imperante fer- tum Horatius in 1. epist. indicat, cum cecinit:

Si quadrangenti sex, optem milita defunt
Plebs erit.

In legio- Seniores etiam coadiuvantia dare.] In legione namque non nisi ingenui, & ne quis ex ingenui nisi iuniores, & ex iunioribus, nisi qui in quinque classibus conseruentur, & iudicata artis expertes essent, ordine centuriabantur. Vnde servi libertini, pueri lemmos, capite censi & histriones ad arma non vocabantur, nisi in dubiis Reipublica rebus necessitate cogente. Sic bello Heruli & Saracenos libertinos lib. 10. I. celo Punico secundo tertios centuriatos Linus li. 27. scribit.

Libri Sibyllini] Quos Tarquinio regi oblatos, Romani summa religio- *Libri Sibyllini*
ne ac obseruaria colebant, & ab aliis, quam Duumuris primum, deinde *Sibyllini*.
Decemuiris, postremo Quindecemuiris aspiciunt legi nefas erat, ut Laetan-
tus tradit, imo nihil Romani neque sanctum, neque sacrum ita custodie-
bant, quemadmodum hac Sibyllina divinitus (ut existimabant) missa ora-
cula, de cum di immortales de rebus aduersis consulendi essent, remedium
que aliquid malis querendum, Quindecemuiri hos libros quasi oraculum
presentaneumque remedium adire solebant. Ceteram Tarquinius, qui
eos emit, ut eos in manibus habuit, statim duos viros ex illustrioribus patri-
nis creavit, quibus horum librorum custodiā tradidit, appellatiique sunt
Duumuris muri sacri faciundis. Quorum munus erat hos sacros libros custodire,
quoties opus esset adire, legere, interpretari, & quae iubebantur, ut perficeret-
ur, curaret. Apollinis sacrarumque cere moniarum antistites esse, & quoties
fames, pestilenta, bella ciuilia, & externa urbem vexare contigisset, vel proprie-
tia aliqua nuntiata essent apparuisse, eorum omnium malorum ex oraculo
Sibyllino remedia inuenire, lectisterniis ad Deorum puluaria factis, De-
o nam itam placare, prospera omnia petecari, aduersa & tollerentur rogare, & po-
strem Deos omnes iratos sacrificii factis mitigate. Plura de hisce libris, vide
in libro Onuphrii de Iudis secularibus, non contemnenda de Sibyllis & Sibyl-
linis carminibus, ex Varrone, Dionysio, Solino, Plinio, Gellio, Laetatio, &
Suida exponentibus.

Lectisternio tunc primum facto] Lectisternium ritus supplicandi Diis Romæ *Lectisternio*
frequenter fuit, cum videlicet stratis in templo lectis, numina sibi propria *mū quidē*
rebus gerendis exposcerent, vel auerruncanda pestilentia opem quererent.
Lectisternia, inquit Servius in XII Aeneis, dicuntur vbi in templo homines
federe consueverunt. Legimus lectisternium in Capitolio sic celebrati soli-
tan fratris tribus lectis, continuum Deis apponebatur, Ioui, Iunoni, & Mi-
neru. Iouis simulachrum in lectulo reponebatur, Iuno vero & Minerva in
felle, sic apponitis epulis non Dei, sed VII. ipsi epulones celebabant. Vide de
hice Gyraldum histor. & Deorum syntag. 17.

Hosibbus Heros etiā non erant] Haec uspices a victimis in ara aspiciendis
dicitur, sive enim est haruspex, qui postquam hostia immolata est, inspectis
extis futura praedit, qui & extispex dicitur. Ceterum Heros ut corum pertinet
Heros etiā
aruspex
Extispex
in auctoritate principis exultile, indicio, ut quod Cicero h. i. de diui-
natione scribit: Heros autem de celo tacta, scientilia eam aduerterit, ea
deinde interpretatur quid quibusque ostendatur monitis atque portentis.
Quocumque bene apud maiores nostros, Senatus tum cum florebat imperium
decrevit, ut de principum filiis sex singulis Heros populis in disciplinam
traderentur. Valerius tamen ait, decem principum filios dati Iohes Heros
populis ad percipiendam sacrorum disciplinam. Sunt autem duodecim He-
roscorum populi, quorum principes Lucumones vocabantur olim.

Per quas etiā procurarentur Sic & Cicero h. 2. de legib. Quibus duis creuerint, Pro- *Lucumones*
curanto, idemque fulgura atque oblitia p. nro. Est autem procurario sacri- *nes quidē*
fum, quod sit ad depositionem & expiationem monstorum & portentorum, *Pro ur-*
& ea gratia rem diuina facere etiā monstra procurare. Annotante Tornebus *tio quidē*
in loco Ciceronis allegato.

Sorores oraculis] Duo enim genera oraculorum fuissent, ex libro de diu- *Sorores*
natione cognoscimus, unum quod a fueritibus profundebar, ut à Pythia quidē
vate nomine Apollinis correpta arietum quod a qua: & patribus fortius e-
sistula vel verna ducebatur. Habet autem eum sortes certissimis quibusdam sen-
tentias, obscuris tamen notatas, quarum quædam felicitatem, quædam cal-
mitatem denuntiabant, aut alia ciuidem generis. De quare vide Tornebum
lib. aduers. 5 cap. 21.

Oracula

**Pythick
oraculo.** *Oraculo Tythici]* Apollinis sic dicti à Pythonе serpente, sagittis eius conser-
to, cuius fabula ab Ouidio in Metamorphosi plene descripta est.

Larina *Larinas facrumque in Albano]* Harum crebra apud Lixium est mentio. Fue-

runt autem instituta à Superbo rege, ea de causa, ut quemadmodum Latini

feria qua rerum publicarū causa ad lucum Ferentina conuenient, sic factorum gratia

in monte Albanum cogenerunt. Fuit autem locus, ut & à Dionysio prodic-

tum est in monte Albano, in quo populus Romanus & Latinī federati cō-

nocabantur, ut Iouī Lariali communī cōuenientiū sacrificium facerent, cumque

eorum alii agnos, alii cœfum, alii lac, alii alia domo attulissent, tanto immo-

lato, suam quisque carnis partem acciperent. Hoc solleste etiam Laras ap-

pellarunt, ad extrema vīque Reipub tempora est confermatum. Neque eni-

ante Coss exire Plaudati in prouincia contineuerunt, quam ferias Latinas

indixissent, arque iis in monte Albano cum Larinariū ciuitatum magistri-

tibus operari dedissent. Hinc est, quod Lixius lib. 22 scripsit, Latinas ferias

stauratas, quod legati ab ardea queit in senata essent, ibi in monte Albano

Latinis carnem, ut assoleret, datam non esse, & l. 27. Latinas instauratas, quod

Laurentibus carnis, quae dari debet, data non erat. His vero feris unum cien-

dicauit Superbus, exactis autem regibus, alter additus est. Post feedus comla-

tinus à Sp. Cassio consule iustum terius, anno demum viris 356. composta,

qua di ciuitatem turbauerat, de plebeio consulatu seditione quatres. Id

quod apud Dionysium & Plutarchum inuenitur.

Tuo dñe[us] Quid sit sacrum enatio, & quomodo olim fieri solita sit, vide

Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 5.

Iuno re- *Iuno regina]* Regina Iuno à Latinis cognominata, quod foror & coniugi lo-

gina. *Deorum arque hominum regis. De qua Plutarchus in Camillo, praetexto,*

quæ à Iuno his & in alijs locis commemorantur. Meminit huius regis lu-

nonis etiam Virgilius in illo:

A[et] ego qua Diuum incedo regina Iouisque

Eis foror & coniuge.

Profecta *Eius hostia extra profecta.* *Exta cocta solebant profecare, vnde & Profecta*

quid? *dicebantur, ac partem adolebant, partem conserbant, sacerdotibusque da-*

bant, partem sibi apponebant. Tranquillus in Augusto, Semicrudu extra ta-

pita foco prosecut. Est vero verbum sacrificantium. Particula enim minus

membrorum omnium profecta dicebantur in sacrificiis. Sic Lucanus.

Si proctora pleno.

Sape dedi, laui calido profecta cerebro.

Et Ouidius. *Inde ubi libauit profecta sub aspera penit.*

Ha sacrificiorum particula videtur etiam dici præficia à præfecando, de

quibus Arnob. lib. 7. ridens antiquorum superstitionis sacrificia. Vide Torn-

bum lib. 15. ad per. cap. 7.

Sub es- *Liberis corpora sub corona vendidit.* Antiquitus enim mancipio iure belli capu-

coronis indura veniebant, & idcirco dicebantur sub coronis venire. Sic

autem corona signum erat caput omnium venantium, si pileus impositus de-

monstrabat eum modi feruus venendar, quoniam nomine emptori venditor

nihil praefaret. De quo vide Gell. lib. 7. Budzum in priobus ad Pandellos.

Decem estates hymenique.] Ad initium tonem Poetatum per quæsas hymenique

annos suppuras videatur. Sic Ouidius per eleganter:

Vrie virum vidi teisque animaque recipi.

Hie ubi bis a flesa v[er]isque recurrit hymen.

Atque alio in loco: *Tertia mūdatas accoperat area mēsses,*

Inque canos carant tertia mūsa lacme.

Sed & Thucidides auctor grauissimus non recē ab Eponymis rerum gestarum ordinem accipi arbitratus, tempora in hyemes atq; a statis digestis.

Nulle felix arbor] Felices arbores Cato dixit, quæ fructum ferunt, infelices. *Felix arbor. Infelix arbor.* que non ferunt. De qua re Cælius lib. ro. cap. 7. lect. antiqu. Brodus lib. 4. Milcellanorum, c. 6. Torneb. lib. 4. c. 3. Per infeliciem arborem intellegit st. pitem & futcam, de qua fontes suspenduntur, neque enim vila arbor aut vilum ligam infelicius est, & ita istud Liuium intelligendum: I listor, colliga manus, infelici arbori suspendito.

Damna voti Verba propria facrorum. *Damnatus* autem voti est, qui pro Damna- missa voti soluit. Sic & Virgilius:

Damnavit tu quoque voti.

Reus autem voti est, qui suscepit voto numeribus se obligat.

Sipir verius quam Decima] Vattro stipem dictam vult, quod qui supra *Res vo-* iudem numerum accepissent, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipi- *tu-* bunt. hoc est, componebant, quo minus loci occuparet. *Pecuniam quoque,* *Stipes vel* quam vel in atrium reponebant, vel Diis offerebant, stipem veteres dixerunt. *fisi.* stipendiarii milites hinc dicti, quod stipem penderent.

Vt Pilenta ad Sacra] Idem scribit Sextus Pompeius, ob hanc munificen- *Pilentum* tum concessum fuisse matronis, ut Pilentis & Carpenteris per urbem vehen- tarentur. Fueru autem Pilenta, ut Seruus lib. 8. & neidios scribit, vchicula, sicut nunc Baeternas videmus. Erant autem tunc Veneti coloris, non ut nunc rufi, quibus nisi castæ matronæ vti non poterant. Quod & ab Isidoro referuntur libro 20. Etymolog. vbi & carpentum ab Horatio Petoricum appellatum scribit.

Magnifica liberorum] Nefandum huius ludimagistri & indignum plane faci- *mus* iembunt quoq; Plinius, de viris illustribus, cap. 23. Claudianus in Gildon. Valerius li. 6. capite 4. Frontinus li. 4. ca. 4. Sabellicus lib. ro. cap. 4. Est autem perfidia, prouisionis, & impietatis in discipulis exemplum.

Bellaria] Fuit enim & inter cateras hæc lex militaris, ne dolo malo, ne *Iura militaria* aliena iniuriant, sed iure & propria virtute bellum gereretur, quam diligen- ter a Romanis obseruatam, hic Liui locus testimonio est. Manutius de le- gibus Romanis.

Tueris tradidit] In iuriis enim vel dolo hostes vincere in honestum putabat, cum non fraude, sed propria virtute, magnum fortemque ducem militare deceat.

Alibi per urbem vexerant equi] De hoc triumpho lege Plutarchum in vita *Equis ab* Camilli, Blondum lib. ro. Roma triumphantis, Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 6. qui *bis trium- phes* triumphos vna egisse, libr. 1. cap. 22. scriptum reliqui. Datum autem id *phase.* Camillo criminis idea est, quod alibi equis triumphasset, quod D is immorta- libus in eo similis esse voluerit. Alibi enim equis Louem & Solem vehi apud Hignum legimus, & alibi Plinius lib. 33. c. 7. Camilum minio illatum trium- phasse.

Littera Laureata] Moris fuit apud Romanos, ut quoties Imperator hostium, *Littera* exercitum delevisset, aut urbem expugnasset, Lauro victoria signo litteras in- *Laureatae* volutas ad senatum mitteret, Laurus enim ut & palma victoriam significat. Hinc Ovidius amorum i. Eleg. 11.

Non ego vultu lauro redimire tabellas. Sic etiam falces laureati dicuntur Plinio. lauteola corolla Ciceroni 2. epist. ad Galium. Vide Brodum lib. 1. Miscellan. cap. 33.

Intercessione sustulisti] Intercessio est id, quod vulgo oppositionem voca- *Intercessio* mus. Gelius lib. 13. Varro (inquit) de intercessiōnibus scripsit.

Aliud telum patet] Telum hoc loco pro consilio ac ratione viaque ge- *Telum* tendi negotii accipitur, ut & alibi saepius apud Liuium. Fortassis sumpta Meta- *metapher-* phora rica quid?

phora à venantibus, qui telo appetunt, quod capere volunt. Vnde & certa dicuntur tela, consilia qua nuncquam fallunt. Eratimus in protervio: Ingens rebus.

X. Apu. L. Apuleio tribuno plebis] Non Saturnino, qui tribunus plebis de agrorum divisione legem tulerit, prout Schuerianus codices Argentini impressi habent: sed L. Apuleio Camilli accusatore, quem quoque Volateranus lib. 13, c. 4. Veteranorum commentariorum à Saturno non separat.

[Quindecim m libris g auisari] Qui sili in numerus ad argenti rationem relatas, mille & quingenas diatribas constituit. Notanda gittor Romanorum ingratitudine erga Camilium, qui incolumitate suam metu non raluit Roma, cuius ipse salutem stabiliuerit, & lumen facinatum auxerat. Vide Val. Max. lib. 5, c. 5.

Clusum. Clusum Italiae oppidum, prope Clauem in monte situm, de quo Plin. us lib. 36 c. 13. Volateranus lib. 5, c. 2. Grot.

Ius in armis. Ius in armis forte] Militaris magis, quam cuius vox hoc est. Sic & Marcius reprehenditibus se, quod uno tempore milie Mamertinos contra leges ciuitate donasset, respondit, le per armorum strepitum leges exaudire non posse. Julius quoque Caesar patria bellum illaturus, amicis bellum diffundens, quod id contra leges esset, ius in armis esse renuntiat. Cumque Pompeius ex Italiis fugato, thalam ex terra populi Romani foribus vi exstinctis abepturus esset, Metello tribuno plebis id certus legibus allegatis veteravit: non idem armorum ac legum tempus esse.

Ambitus. Ambitus obstat] Quam Graci φιλοπαιας appellant, & Euripides ut pessimum in ciuitate numen execratur.

Gallorum & Gallicarum. Viulatus cantuque difsonio] Mos enim fuit Gallorum, terribilem sonitum clarificorum edere, & cum eo ab inquietu multitudine tantum clamorem viulatumq; attollit, ut incredibilis vociferatio audiretur, nec tuba solum, militiis, verum etiam circumstantia omnia loca vocem emittere videatur.

Tribudine sacerdotum. Teledone sacerdotum id est ea testitudine intelligit Tornebus lib. 9, aduers. cap. 1. quam faciebat exercitus, se tegumentis scutorum undique operiens, ut tellus suo obdulta est putamine, eaque specie referabat rectum adficiorum. Sic autem se operiebant erare perpetuas clypeos, aduersus sagittas Parthorum, & aduersus omnia missilia superne cedentia, cum urbem oppugnabant. Hinc Maro scribit:

Obstissimumque acta testudine lumen.
Curules gereram magistratus] Curules magistratus erant xii diles, praetores, confides, sic dicti à sellis curulis, quibus gerabantur. Qua de re copio, Fenekellus & Polymonius de magistratibus Romanorum, & Alex. ad Alex. lib. 4, cap. 1.

Honorum. Honorum que insignib[us] Honorum insignia erant toga praetexta, sella curu[m] insignia. His usus insignis in memoriam postmortis, vestis purpurea, Alexander loco praesagio.

Senectus & veneranda. Quam venerabundi] Senectuti enim etiam inter atrocissimos, honos debetur & reverentia. Apud antiquissimos tamen Romanos, neque pecunia praefamor honoris tribui, quam xixati solitus. Maioresque natu à minoribus colebantur, ad Deum proprie & parentum vicem Arque in omni loco atque specie honoris priores potiores que habiti. Vide Gellium libri 2, cap. 15. Valeat Max. lib. 1, cap. 1.

N. da corpora] Gallos enim nudis corporibus pugnare solitos, testatur etiam Polybius lib. 2.

Cinctus. Gabinus cinctus] Cinctum Gabinum dicunt esse togam sicin tergum reiectam,

Gabinus. ut una eius lacrima reuocata hominem cingat. Hoc genere vestimenta coniuncta Romanus vtebatur bellum inducitur, auctoante Virgilio:

Iosephus Qvirinali Ituo, cinq[ue] Gabino.

Vbi vide Seruimus.

Pontius [Cominus] Frontinus lib.3. cap.13. scribit Romanos in Capitolio Pontius obfessos, ad Camillum ab exilio reuocandum, Ponitum Cominium misisse, Comini qui, vi itationes Gallorum falleret, per faxum Tarpeium demissus est. Cuius u. si quoque mentionem faciunt, Plinius libro 7. cap.28. Vegetius lib.4. cap.26.

de re militari.

Dicitur ergo absens dictus] Absentes ante nunquam haec tenus dictatores dictatores re Romani, qui semper in foro Romano, oriente nocte, & silentio dicere absens conuenient te. Alex. ab Alex. lib.4. cap.23. vbi de dictatoris summo imperio & potestate multa leges apud Dionysium lib.5.

Anferas non satis dico] Etiam enim hoc animal natura pauidum, ac sensu auditu que accitum, et est apud Plinius lib.8. cap.23 & lib.29. cap.3. huius autem historia meminit quaque Maro lib.5. & Alex. ab Alex. lib.6. c.1. Verum & illud quoque obiter notandum est, Rothianos volentes rendere id beneficium genitus, iungo post tempore non tantum e publico anseribus ciborum dedisse, verum etiam aurea anserum simulacra fecisse, ac ut Deos coluisse, vt eis apud Plinius, vbi iuxta.

Pro bello greci] Nam vt Plinius lib.7. cap.28. scribit, ante viginti duos annos bins ceperit ipsa Primus omnium eques coronam muralem accepit, sex tonicas, triginta septem dona a suis imperatorib. triginta tres aduerso corpore cicatrices accepit. Cui ex recentioribus astupulatur Pontianus de fortitudine Herodotus lib.1. cap. viii.

Manlius ob virtutem laudatus] De Maniliis tribus gestis prater Liuium, Plinius lib.7. cap.28. Florus lib.1. cap.13. & 26. Plutarchus in Camillo. Eutropius virtus, libro 2. cap.13. Valerius Maximus lib.6. cap.3. Virgilius lib.8. Sabellicus lib.1. Ennus 4.

Locutio fieri] Aium Locutium intelligit, qui, vt inquit Varro in libris diuinorum, Deus est appellatus, ob vocem diuinatus editam, vt scribit Gellius libro 16. cap.17. Meminit eius Cicero libro 1. de diuinatione. Plutarchi in libro de fortuna Romanorum, qui hanc historiam recitans, Aium Locutium. Capitulum & xlii. vocavit.

Tribunus su[ic]pi potest] Solebant Romani vel deviciis hostibus, vel quoniam a modo Repub. bene gesta & periclio communis propulsata, ad pulu[n]aria maria Deorum supplicationem decinere. Id vero non nisi in capitulo fieri posuisse Deorum hic locus Luti indicat. Sic Cicerone, Quirites, quoniam ad omnia pulu[n]aria supplicatio decreta est, celebratore illos dies cum coniugibus & libera vefris, & Horatius lib.1. carminum Ode 37.

Nunc Solaribus

Ornate pulu[n]ar[um] Deorum

Tempus erat dapibus.

Comitia Euriata] Hoc est illud, quod de his obscure dixit Cicero his verbis: Atque hoc cum in eo reprehendendum est, quod per tribunos plebis tribunitia potestis minuitur, tum in eo decidendum, quod consulii si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet. Vide de hoc notata circa finem libri primi.

Tribunius quoque militares] Tribunos militares, qui consulari erant potestate, iisdem comitiis, quibus consules creari solitos ex hoc Liui loco ostendit Perio[n]ius lib.3. de magistris Romanis.

Inuentas] Plurimum ad huius loci illustrationem faciunt, qua seicit Augustus lib.4. de ciuitate Dei, qua[re] hu[m]c apponere libert. Cum rex, inquit, Tarquinus Capitolium fabricare veller, enique locum, qui ei dignior apriori que videbatur a Deis alienis videceret praeoccupatum, non audens aliquid co-

tra eorum facere arbitrium, & credens eos tanto numini suop; principi cefl-
ros, per augurium quæsivit, virom locum concedere velent, ioui, arque inde
ipsi cedere? omnes voluerunt prater Martem, Fervinum & Iuuentatam, at-
que ideo Capitolium ita constructum est, ut etiam ibi tres intus essent, tam
obscuri signis, ut hoc vix homines dodistimi scirent. Dignaduntur Grammati-
ci Iuuentus, an Iuuentus, vel Iuuentas Dea sit, sed & Iuuentus & Iuuentas pro
Dea capitur. Quid, lib. de trifib.

Necar & ambosiam latice, epulafque Diorum

De mibi formosa gnava Iuuentas manu.

Templi Iuuentutis in circulo Maximo à Licinio Lucullo dedicati meminit
Liuius infra.

Vesta i- *Eterna Vesta ignitus*) Vesta enim Dea ignis inextinctus apud Romanos er-
gnes ater- rat, virginibus Vestalibus eum summa diligentia custodientibus, quod co-
ni. extincio a pontifice verberari solerent. Quotannis tamen & nouis ignis ex-
tabatur à Vestalibus vi testatur Quid, in Fatis:

Ignis per- *Addit quod arcana fieri nauis ignis in ase*
petens. *Dicitur, & inter flammare feliciter a capit,*

Sed enim non Romanos modo sed aliquot alias gentes sacrum ignem pu-
blice custodiisse legimus. Nam Athenis in Prytanno ignis perpetuus affe-
tabatur, non à virginibus, sed (ut ait Plutarchus) mulieribus, iam matrimonio
solutus. Strabo lib. 9. Poliadis Minerua templum in faco veterum scribit, in
quo lychinus inextingibilis fuit. Egypti quoque ignem seruabantur telor
Diodorus. Quin etiam Delphis Persic quoque summa religione ignem custo-
diebant & venerabantur, ut testatur Procopius lib. 2. bell. Persic. Fuit autem
Vesta Saturni ex Ope filia, Dea virginitatis, cui Aeneas post Troianum incen-
dium condito Laurentio adem faciebat. Postea Aescanus condita Alba templi
quoque in montis Albani vertice dicauit. De qua re Flinius lib. 16. cap. 2. li. 2.
cap. 2. lib. 34. cap. 5. Cicero lib. 2. de natura Deorum. Gellius lib. 1. cap. 12. Pene-
stella cap. 6. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 12. Celsus Rhodiginus lib. 13. cap. 12. Blon-
dus lib. 1. Roma triumphantis, Seruius lib. 11. Aeneidos. Lucretius lib. 2. Cate-
rum, quod de signo imperii pignore ait, id paulo expressius lib. 6. secundi pen-
ti Punci declarat, ubi quoque eternos ignes recenseret, ac conditum in pene-
trali fatale pignus imperii.

Antiqua *Antiquata deinde lege] Lex antiquabatur, qua non perseverabat ho[re] sensu.*
ta lex. *Liuius hic tribunitiani rogationem antiquata scribebat, ut notat Renatus co-*

Abroga- *1. ad Leges 12. tabul. Quia autem semel perlata, iterum tollebatur, abrogari di-
ta lex.* *cabatur. Nam popul. Romanus, ut legem ferre sic eandem & antiquata & ab-*

Tradex *rogare potuit.* *Tradidit accepit] Varro Præs. inquit, est, qui à magistratu interrogatur in pu-*

qui. *blicum ut præstet, à quo cum responderit dicitur præs. Hodie ut annuit Bu-*

iis, qui pecuniam publicam dispensant.

IN VI. LIBRVM LIVII

ANNOTATIONES.

Religiosi *Die diebus religiosis] Eadem Gellius & Macrobius à veteribus scriptoribus*
dies. *repetita, cuius aliis verbis referunt, nisi quod secundam solum opinionem sequuntur. Qui vero hic religiosi dicuntur dies, ii. & nefasti & atri-
vocantur. Tot enim nominibus eos appellatos, Peitionius li. 3. de magistris
bus Romanis tradit ex Gellii li. 4. capite decimonono, Brodzus lib. 3. capite
decimoseptimo Miscellanorum. Apud Romanos enim diem quidam habu-
erunt & in agendis rebus felices, quidam atque in tristi omne infames habuit, qui*